

RESPONDENS AUTEM JOB, AIT :

Cap. XXI. — Audite, audite sermones meos, et non sit mihi a vobis haec consolatio. Sufferte me, ego autem loquar, et ita demum ridebitis me. Quid enim? Nunquid humana est castigatio mea? Aut quare non irascat? Respicite ad me, et admiramini, et ponite manum sub mento. Si enim recorder, perturbor; et lenentur carnes meae doloribus. Quare impii vivunt, et senescunt in divitiis? Semen eorum secundum + desiderium \* animae; et nepotes eorum ante oculos. Domus eorum abundantes, et timor nusquam, nec flagellum Domini est super eos. Vacca eorum concipientes non abortant, et foeta eorum salvavit, et peperit. Et mittunt sicut \* infantes suos; et permanent sicut vetustae oves eorum. Et parvuli eorum ludo se provocant. Tenent psalterium et citharam, et letantur ad vocem \* organi; et finierunt in bonis vitam suam, atque in requie inferi dormierunt. Dicunt autem Domino: Discede a nobis. Nosse vias tuas nolimus. Quid est Dominus quia servientis ei? Aut quae utilitas, quia \* obediemus ei? Erant autem in manibus eorum bona. Sed facta impiorum non respiciit. Imo vero lucerna impiorum exstinguitur, et superveniet eis ever- sio. Dolores autem tenebunt eos ab ira, et erunt sicut palea in vento, et sicut pulvis quem abstulit turbo. \* Deus, deficiat filii \* ejus; bona

1. Praetermissa initia capitulorum supplere cogitur saepius cum ea quae titulorum loco ponuntur, notariorum diligentiam effugerint. **MARR.**

2. Pliceret magis unam obelo confodi vocem desiderium, non et quae subsequitur anima. Conjectio autem LXX, aliter Hebraeorum legisse, et pro אלהים, quod est coram eis, scriptura perquam simili legisse אלהים. Quod interpretati sunt אלהים, iuncta animam; neque enim videntur potuisse aliter animae vocabulum hic comminisci.

3. Excidit, ni fallor, exscriptori verbum pecus, aut greges, quod in Hebraico scriptum legitur: sensus quoque nullus, vel imperfectus est absque hac voce. Deinde secundus asteriscus in hoc versiculo superfluous videri potest; quoniam tota isthaec sententia ex Hebr. voluminibus addita interpretationi LXX sufficienter notetur sub uno asterisco. **MARR.**

— Non superat in Graeco apographo, quae hic duobus asteriscis designatur, periscope. Satis notum eruditae notatum Martiano, videri excidisse verbum pecus, aut greges, quod in Hebraico resonat ארבע, et sine quo nullus aut imperfectus est sensus: quin

ejus. Redde ei, et sciet. Videant oculi eius necem suam, et a Domino non salvetur. Quia nulla voluntas ejus in domo sua post eum, licet numerus mensium ejus dimidiatus sit. Nunquid non Dominus qui docet sensum et scientiam, ipse \* etiam homicidas judicat? Hic: morietur in robore simplicitatis suae, totus in abundantia et felicitate. Inestina ejus plena sunt adipe, et medulla eorum diffunditur. Alius vero moritur ab amaritudine animae suae, non comedens quidquam boni. Et simul in terra dormient, et putredo operiet eos. Itaque scio, vos audacter [Al. audaciter] mihi insistere \* quia dicitis: Ubi est domus principis, et ubi est velamen in tabernaculis impiorum? Interrogate eos qui transeunt per viam, et signa eorum non ignorabitis. Quia in die perditionis salvator malus, in diem ire deducetur. Quis annuntiabit coram eo viam ejus, et quae ipse fecit, qui reddet ei? Et ipse in sepulchra [Al. sepulchrum] deductus est, et super acervum vigilavit. Dulces ei fuerunt lapilli [Al. lapides] torrentis, et post eum omnis homo sequitur, et ante eum innumera- biles. Quomodo ergo consolamini me inaniter? Requies enim mihi a vobis nulla est.

RESPONDIT AUTEM ELIPHAZ THEMANITES, ET DIXIT :

Cap. XXII. — Nonne Dominus est qui docet sensum \* et scientiam, et habitare facit super

etiam potuisse unico asterisco sententiam hanc ex Hebraeo, sive Theodotione Septuaginta virgili editioni additam illustrari. Tum pro eo quod est, *vetustae oves*, Augustinus ex innotadato, ut videtur, codice legit, *vetustate oves*.

4. Conjectio ex Graeco verbo ἀπειθήματα, istud obediemus, Latinorum esse amanensium errorum pro obtemus, cuius est fere similis scriptura. Augustinus hunc locum praefert.

5. Videtur asterisco illustrandum nomen Deus, quod etiamnum in Graeco desideratur. Levia quaedam alia infra emendanda.

6. Minus bene penes August. ipse enim homicidia judicat. Qui subsequitur asteriscus, non, ut Martianeus posuerat, totum versiculum, sed unicum pronomen hic illucescere facit, quod adeo finalibus punctis conclusimus.

7. Longius hic locus ab Hebraeo abluat: Graecus autem, quae subsequuntur sub asterisco, verba non retinet. Confor utrumque textum: nos finalia puncta statim sufficimus.

nos intelligentiam? Quid enim pertinet ad Dominum, si tu sis in operibus \* absque crimine? Aut quid ei prodest, quia simplex es via tua? Aut timens te arguet te, et veniet tecum in iudicium? Nonne malitia tua \* + est; multa; et innumerabilia peccata tua? Quia: pignus tulisti fratrum tuorum sine causa; et vestimentum pauperum abstulisti: aquam sitientibus non dedisti, et esurientes privasti pane. Habitare fecisti quemquam super terram, aut miratus es personam aliquorum? Viduas dimisisti vacuas, et pupillos affixisti. Igitur circumvenerunt te laquei, et contrivit te bellum magnum. Lumen tuum in \* tenebras conversum est; et dormientem te aqua operuit. Nonne qui in excelsio manet respicit, et injuriam facientes humiliat? Et dixisti: Quid novit Deus? An per nebulam judicat [Al. dijudicat]? Nubes latibulum ejus, et non videbitur. Et ambitum caeli percurrit. Ergone semitam saeculi custodis quae calcaverunt viri iniqui \* qui capiti sunt immaturi? Fluminis decurrentis fundamenta eorum. Qui dicunt: Dominus quid faciet nobis, vel quid nobis importabit omnipotens? Et ipse implevit domos eorum bonis. Et cogitatio impii longe est ab eo. Videntes justi \* riserunt; et inculpabilis subsannabit eos. Nunquid non demolita est substantia eorum, et reliquias eorum comedit ipsis? Esto

1. Quae sub asterisco notantur leguntur in Hebraico: male igitur positus fuit in ms. codice + obelus pro asterisco. **MARR.**

— Obelum quem hic restitimus, retinebat et Martianeus ms. ac jure, unum verbum est, jugulat. Quod ille minime animadvertens, obelo expuncto, contra s. interpretis mentem de suo asteriscum substituit. Paulo post asterisco, qui unice adverbium quia respicit, finalia puncta subjunximus.

2. Horum versuum ordo inversus est apud Septuaginta. **MARR.**

3. Vitiose penes Martianeum, in tenebris. Infra leviora alia ex Augustino emendanda.

4. Satis mendose apud August. videntes justiores erunt, contra Graeci textum fidem ἰδοὺς δικαιοσύνας.

5. Durus hoc In loco, id est, firmus et patiens, non mollis et effeminatus.

6. Addit S. Augustinus patiens, quod nec habetur in Graeco, sed unde fluxerit intelligere est ex vetere hic ad libri oram apposito scholio.

durus: si sustineris, deinde fructus tuus erit in bonis. Accipio magis ex oro ejus eductum, et suscipe verba ejus in corde tuo. Quod si reversus fueris, et humiliaveris te coram Domino, procul facies iniquitatem a tabernaculo tuo. Et ponas illud super aggerem in petram, et in saxa torrentis Ophir. Erit omnipotens adjutor tuus contra inimicos, et quasi argentum mundum igni probatum, faciet te. Tunc coram Domino habebis fiduciam, suscipiens eorum cum hilaritate. Et cum oraveris ad eum, exaudiet te, volaque tua reddes. Et restituet tibi conversationem justitiae, et in viis tuis erit lumen. Quia humiliavit semetipsum, et dices: elatus est in superbiam, Et inclinatum oculis Salvabit. Erue innocentes, et salvaberis in munditia manuum tuarum.

RESPONDENS AUTEM JOB, DIXIT :

Cap. XXIII. — Et quidem scio quia de manu mea est increpato, et manus \* ejus gravis facta est super genitum meum. Quis dabit scire me et invenire eum, et venire usque ad solium ejus, ut dicam coram eo causam meam, et os meum impleam increpationibus, et cognoscam causationes quas loquetur mihi, et sentiam quae annuntiat mihi? An in multa virtute dijudicabitur mecum? Nequaquam. Tantum [Al. Tamen]

7. Nullo hic asterisco luxata Alexandrini codicis editio praefigit. Minus porro bene ponens, pro ponens legit Augustinus: denique pro et in saxa, Graecus habet et ut saxa, sive petra, καὶ ὡς πέτρα.

8. Quae obelis hic notata sunt, reperiantur in Hebraico: frustra igitur apposuit exscriptor hujusmodi signa obelorum, quorum usus nullus est cum sententiae exstant in fonte Hebraeo. Asterisci forte erant apud Hieronymum, non obell +. **MARR.**

— Praefixi isti et subsequenti isocelo obelos manifesto falsos, atque ipsi improbatos Martianeus, ad aliorum librorum fidem sustulimus. Tum ex Augustini testimonio rescriptimus, elatus est in superbiam, pro quo Martianeus elevatus est in superbiam. Nuper a codicis Alexandrini editio emendata υπερηφανεύσας; quae subsequens comma et inclinatum oculis salvabit, asterisco illustrat.

9. Haud recte penes Augustinum, manus mea, pro ejus.

in terrore non abutatur me. Veritas enim, et increpatio ab eo est. Edneit<sup>1</sup> in finem iudicium meum. Nam et si primus ambulavero, ultra non ero. Et in novissimis quomodo sciam<sup>2</sup> eum? <sup>3</sup> A leva quid ager? Non apprehendam. <sup>4</sup> Convertetur ad dexteram, et non videbo; sed scit ipse viam meam, et<sup>5</sup> probavit me sicut aurum. Egrediar in præceptis ejus. <sup>6</sup> Tenuit pes meus<sup>7</sup> vias ejus. Custodivi, non declinabo. A præceptis ejus non discedam. In sinu autem meo abscondi verba ejus. Si autem ipse iudicavit sic, quis est qui contradicit ei? Quod enim ipse voluit, et fecit<sup>8</sup>. Propterea ad eum festinavi, et commonitus sollicitus fui de eo<sup>9</sup>. <sup>10</sup> Idcirco a facie ejus turbabor. Considerabo, et timebo ab eo; <sup>11</sup> Et Dominus molliovit cor meum, et omnipotens conturbavit me. Nec enim sciebam quod superveniret mihi tenebræ, et ante faciem meam tegeret caligo.

Cap. XXIV. — Quare Dominum non latuerunt horæ, impli autem <sup>12</sup> nescierunt dies ejus? Finem transgressi sunt. Gregem cum pastore rapientes <sup>13</sup> paraverunt. Jumentum pupillarum abegerunt, et bovem viduæ pignoraverunt. Et inclinaverunt pauperes a via + iusta, <sup>14</sup> simul absconditi sunt miles terræ. Et irruerunt<sup>15</sup> sicut

1. Martianeus, *elucet in fine*. Tom Augustinus, *nam si, intermedia et particula prætermissa: denique postea non ero, pro ultra, etc.*

2. Ita ex Augustini testimonio reposuimus, *a leva quid ager*, conciniori sensu, maxime vero Græco suffragante textu, *ἀριστέρα πείσαντος αὐτοῦ*. Martianeus in prima persona sub interrogandi etiam nota, legerat, *ad levam quid agam?*

3. Corrupte Martianeus in futuro, *probabit*, quod, Augustino consentiente, in *probavit* emendavimus ex Græco *ἐπίσταται*. Leviora supra atque infra tactili castigamus.

4. Videtur ad Græcum refingendus locus, sub-junctis hic finalibus punctis, ac novo exinde στοιχείω incepto: *vias ejus custodivi: non declinabo, etc. ὁδοὺς γὰρ αὐτοῦ ἐφύλαξα, καὶ οὐ μὴ ἐκκλίνω.*

5. Solidus decimus quartus versus, quem ita ex Hebræo interpretatus est s. pater, cum *explerent in me voluntatem suam, et alia multa similia præsto sunt* et, hic cum in Græco exemplari, tum in Latina ista versione desideratur.

6. Hæc vero quæ asteriscis illustratur, pericope, alia est ejusdem proxime superioris versus decimi quinti, eaque gemina interpretatio, ut ex Hebræi

asini <sup>16</sup> feri: in agro super me, exeuntes ad opus suum. <sup>17</sup> Suavis factus est eis panis in adolescentibus. <sup>18</sup> Agrum ante tempus non suum demessuerunt. Infirmi vinea inopiorum absque mercede, et cibo coluerunt. Nudos multos fecerunt dormire sine vestimentis, et legumen in frigore abstulerunt. <sup>19</sup> De stillicidiis montium madescent: qui cum legumen non haberent, petra operiti sunt. Rapuerunt ab ubere pupillum, et eum qui ceciderat, humiliaverunt. Nudos fecerunt dormire inique, et esurientium abstulerunt panem. In angustiis inique insidiati sunt, viam autem justitiæ ignoraverunt. De civitate et de domibus<sup>20</sup> vi eiciebantur. Anima vero parvulorum in gemitu valde. Ipse autem Deus eorum curam non habuit? Cum essent super terram, et ignorarent viam justitiæ, non ambulaverunt in semitis ejus: et sciens eorum opera tradidit eos in tenebras. <sup>21</sup> Et nocte erit sicut fur. <sup>22</sup> Oculis adulteri observat tenebras <sup>23</sup> dicens: Non videbit me oculus, <sup>24</sup> et latibulum faciei posit. <sup>25</sup> Suffodit in tenebris domos. Per diem obsignerunt semetipsos. <sup>26</sup> Non cognoverunt lucem. <sup>27</sup> Quia simul eis<sup>28</sup> mane umbra mortis<sup>29</sup>. <sup>30</sup> Levis est super faciem aquæ. <sup>31</sup> Male-dicatur pars eorum super terram. Apparent plantationes eorum super terram aride. De sinu

archetypi collatione perspicies. Potiori adeo jure obelis confodentia esset, nisi et in Græco asteriscis gauderet.

7. Augustinus, ad ejus lectionem levia quædam modo emendavimus, hic *sicut* adverbium tacet.

8. Istud comma, *agrum ante tempus, etc.* in Græco Alexandrino codice non habetur, atque adeo videtur asterisco designandum. Quod subsequitur, *infirmi vineas, etc.* ab Hebræo longius ablutit; sed hæc persequi hand vacat.

9. Vocalem *vi*, quam proprio nec Græcus habet, Augustinus quoque tacet.

10. Mendose penes Augustinum *manet, pro mane* legitur.

11. Supplendum alterum hemistichium videtur, quod facile ob eandem vocem, *umbra mortis*, recursum a Latino codice exciderit. Est autem luculentissime nectum in Græco, *ὅτι ἐμπόδισται ταραχὰς καὶ θανάτου*. Sed et in Hebræo, *יִרְחֹקוּ מִי יְמֵי הַחַיִּים*. Ex Græco autem sic fere transferas ad verbum, et suppleas, asterisco præposito, *quia cognosces sollicitudines umbrae mortis. Pro levis* vocabulo, quod statim subsequitur, minus recte Martianeus legerat alio significatu *levis*.

enim pupillarum rapuerunt. Deinde rememoratam est peccatum ejus. Sicut nebula roris nusquam comparuit. Retribuatur illi sicut egit. Conteratur sicut lignum insanabile omnis iniquus. Sterili enim non fecit bene, et mulieris non est miseris. In ira evertit infirmos. Consurgens ergo non credit contra vitam suam. Cum infirmari experit, non speret sanitatem, sed cadet [At. cadit] in languore. Multos enim afflixit altitudo ejus. Emareuit sicut malva in aestu, aut sicut de stipula spica <sup>32</sup> sponte; decidens <sup>33</sup> alioquin quis est qui loquatur mendacium me dicere, <sup>34</sup> et ponet in nihilum verba mea?

RESPONDENS AUTEM BALDAD SAUGHTITES, DIXIT:

Cap. XXV. — Quid enim exordium quam timor ab eo qui facit universa in excelsis? Nemo enim putet esse moram piratis. In quem enim non venient insidie ab eo? Aut quomodo erit homo justus coram Domino, vel quomodo se mundabit natus ex muliere, si lune precipit, et non luget, nec stelle sunt munda ante [At. apud] eum? Quanto magis homo putredo, aut filius hominis vermisi!

RESPONDENS AUTEM JOB, DIXIT:

Cap. XXVI. — Cui ades, vel quem adjuturus es? Nonne eum cui multa virtus est et brachium forte? Cui tu das consilium? Nonne cui omnis est sapientia? Vel quem sequeris? Nonne eum cui magna est fortitudo? Cui annuntiasti sermones, aut spiramen ejus est quod exit a te? <sup>1</sup> Nunquid gigantes redigentur in nihilum <sup>2</sup> subter aquam, et proximi eorum? <sup>3</sup> Nudus infernus coram eo, <sup>4</sup> et non est velamen perditioni. <sup>5</sup> Extendens aquilonem super nihilum, <sup>6</sup> suspendens terram super nihilum (in aerem)

4. Fortasse verius legit Augustinus *sponte ejus, Græc. ἀσέβητος*. Postremum asteriscum ex codicis Alexandrini nupera editione sufficimus.

2. Martianeus *ab eo*: tum male ponos Augustinum *faciem solis, pro solis*, Græco *ἡλίου*.

3. Expunximus hic vocem *lucis*, quam nec Augustinus, nec libri alii originales agnoscent, ac tomere intrusum glossema ex margine in textum se prodit. Ceterum et singulis hemistichis asteriscos sufficimus, additis demum in fine crassioribus punctis, quo deorant.

<sup>7</sup> ligans quam in nubibus suis, <sup>8</sup> et non est scissa nubes<sup>9</sup> sub eo. <sup>9</sup> Qui tenet faciem solis <sup>10</sup> et extendens [At. extendit] super eum nubem suam, <sup>11</sup> præceptum circumdedit super faciem aquæ <sup>12</sup> usque ad consummationem lucis. <sup>13</sup> Columba<sup>14</sup> celi intraverunt [At. contremuerunt] <sup>15</sup> et obstupuerunt ab increpatione ejus. <sup>16</sup> Virtute sua sedavit mare. Prudentia ejus vulneratus est cæcus, et claustra cœli metuunt eum. Præcepto autem peremit draconem desertorem. Ecce hæc partes<sup>17</sup> viæ ejus. Et adhuc stillam sermonis audivimus de eo. Virtutem autem tonitruum ejus quis sciet quando faciet?

ET ADIECIT JOB AD PROCEM SUUM, ET DIXIT:

Cap. XXVII. — Vivit Dominus, qui sic me iudicavit, et omnipotens qui amaricavit animam meam: quia donec spiratio mea est in me, et spiritus divinus in naribus meis, non loquentur labia mea injusta, nec anima mea meditabitur iniqua. Absit a me justos vos dicere, donec moriar. Nec enim separabo innocentiam<sup>1</sup> meam a me. Justitiam meam tenebo, et non dimittam. Nec enim conscius sum mihi iniquum quid commisisse. Itaque sunt inimici mei sicut oversio impiorum, et qui in me insurgunt sicut portio iniquorum. Quæ enim spes est impio, quia expectat, et confidit in Domino si forte solvatur, aut preces ejus exaudiat Dominus? Aut si venerit [At. evenerit] ei necessitas, nunquid habet aliquam fiduciam in conspectu ejus aut cum invocaverit eum, <sup>2</sup> exaudiet illum? Quapropter annuntiabo vobis quid sit in manu Domini. Quæ sunt ab Omnipotente, non montiar. Ecce omnes nostis quia vana<sup>3</sup> vana loquimini. Hæc est pars hominis impii a Domino. Possessio vero potentium venit ab Omnipotente super eos. Quod si multi fuerint filii ejus, in occisionem erunt. Si autem et juvenes facti fuo-

4. Hic rursus pronomen *ejus*, falso repetitum, et quod in cæteris libris omnibus vult, expunximus.

5. Augustinus, *separabo innocentem a me*. Et in Græco quidem ipso, tamenetsi *innocentiam*, sive *ἀκατάλαντον* profertur, non additur tamen *meam*.

6. Item, *habuit fiduciam*, absque *aliquam*: et mox, *si invocaverit, exaudiet*, absque *eum*.

7. Addidimus ex Augustino *vana*, juxta Græcum, qui, licet paulo diverso sensu, eam vocem repetit, *κἀὶ τὸ κενόν: ἐπιπέσει δὲ ἐξ ὀφθαλμοῦ*. Semel antea erat *vane loquimini*. Leviora infra emendantur.

rint, indigebunt. Et qui circa eum sunt, morte morientur, et viduis eorum nemo [At. non] miserabitur. Quod si et collegerit ut terram argentum, et voluit lutum paraverit aurum, hæc omnia iusti consequentur, et substantiam ejus<sup>1</sup> veraces possidebunt. Erunt enim eorum domus sicut tinea [At. lineæ], et aranea [At. aranea] quæ servavit. Dives dormit, et non adjiciat. Oculos suos aperuit, et non est. Occurrant et quasi aqua dolores, nocte auferet eum caligo. Tollet eum astus, et abibit; et ventilet eum de loco suo; et projiciet super eum, et non parcat. De manu enim ejus fuga fugiet. Plaudet super eum manibus suis, et trahet eum de loco suo.

Cap. XXVIII. — Est enim argento [At. argenti] locus unde sit; locus autem auro ubi purgatur: ferrum enim de terra fit, æs autem similiter ut lapis exciditur. Ordinem posuit tenebris, et omnem finem ipse invenit lapis tenebræ et umbræ<sup>2</sup> mortis, discissio torrentis a cinere. Qui vero oblitiscitur viam justitiæ, infirmati sunt ab hominibus, et commoti sunt. Terra de qua egressus est panis<sup>3</sup> subter eum versus est quasi ignis. Locus sapphiri lapides ejus, et aurum<sup>4</sup> ejus agger est semitam

1. Obelus, ut alibi sæpiissime, notatus erat pro asterisco, quem restitimus ad fidem Hebr. voluminum, ubi legitur nomen *veracis*, sive *innocentis*. MARR.

2. Apud Augustinum, ut *lapides, exciditur*: in Græco *ἐκ τῶν λίθων ἀνοίστρα*.

3. Verius in recto *umbra*, quemadmodum et cum Græco *ἐν* Augustinus legit: non item quod subiungit et *facta est discissio, etc.*

4. Perperam et contrario sensu antea erat *firmati sunt pro infirmati sunt*, quod ex Græco *ἐπιβεβαιώσαν* respondero non dubitavimus. Quod sequitur *ab hominibus*, Augustinus ad subsequentes comma, *commoti sunt*, præcipit ad Græcum referat.

5. Octo versus sequentes asteriscos omnes notati leguntur apud S. August. libro annotationum in Job: unde certum existat hæc Hieronymi versione usum fuisse Augustinum, non veteri alia et Vulgata in qua deorant septingenti vel octingenti versus priusquam Hieronymiana manus eisdem succurreret. MARR.

6. Emendavimus *subter* ex Græco *ὑποκάτω*, pro mendoso lecto a Martianus *super*. Aliter S. Augustinus, et *eam incensurus est*.

quam non cognovit avis nec vidit eam oculus vulturis, nec [At. non] calcaverunt eam filii arrogantium, nec transitit super eam leo. In durissimo lapide extendit manum suam; vertit enim ab stirpibus montes; et ripas fluminum dirupit. Omne vero pretiosum vidit oculus<sup>5</sup> ejus, altitudines fluminum revelavit; ostenditque virtutem suam in lumine. Sapientia vero unde inventa est, vel quis sit locus scientiæ? Ignorat mortalis viam ejus, nec invenietur in hominibus. Abyssus dixit: Non est in me. Et mare dixit: Non est mecum, non dabitur aurum<sup>6</sup> et conclusum; pro ea, et non appendet argentum in commutatione ejus. Non erit deterior auro Ophir, onyche pretioso, et sapphiro. Non æquabitur et aurum et vitrum, et commutatio ejus vasa aurea. Et Excelsa<sup>7</sup> et Gabis non erunt in memoria. Et trahes sapientiam de occultis. Non componetur et topazium Æthiopiæ. Auro mundo non comparabitur. Sapientia unde inventa est? Quis autem locus est intellectus? Latet ab oculis omnis hominis, et a volucrum coli abscondita est. Perditio et mors dixerunt: Audivimus ejus gloriam. Dominus commendavit viam ejus, et ipse novit locum ejus. Ipse enim omne quod est sub cælo<sup>8</sup>, perspicit, et novit quæ sunt in

7. Nobis Augustini lectio, et *aggeres aurum ei*, probatur eo magis, quo magis Græco adheret exemplari, *καὶ ἄγεραι ἡρόσον αὐτῷ*. Piget vero repetere, quod cum hic, tum alibi fore semper asteriscos, et terminalia puncta suis quoque locis restitimus.

8. S. Augustinus *oculus meus legit*, Gr. tamen rennente textu, pro *ejus, auro*.

9. In Hebræo legitur סגור Segor, quod Hieron. vertit *aurum obryzum*, id est, purissimum. LXX *συνελευσθῆναι*, *conclusuram* interpretati sunt. Quare *conclusum*, quod non est in Hebr. obelo notatum est in ms. MARR.

10. Erat contrario sensu, *non commutatio, etc.* quod restitimus in *et commutatio, etc.* juxta Gr. et Augustinum. Asteriscos quoque plures et finalia, quas deorant, puncta suffocimus.

11. Ms. codex, *gravis*, corrupte pro *Gabis*, voce Hebræica, nam Hebræice scriptum est, גבית רמחם רמחם, *vegabis*, id est, *corallia et unio*, uti quibusdam placet. MARR.

12. Male retinuit Martian. ex vitiatō codice *perspicit*, contra Gr. textum, *ἐπιστά*, et Augustini lectionem, *perspicit*, quam restitimus.

terra, qui omnia fecit: ventorum libramenta, aquæ mensuras. Quando hæc fecit, sicut vidit, enumeravit et viam tempestatis [At. tempestatum] vocibus, tunc vidit eam et exposuit eam, paravit, et investigavit. Dixit autem homini: Ecco pietas est sapientia, abstinere vero a malis, scientia.

ET ADJECIT JOB AD PRÆFATIONEM, DICENS:

Cap. XXIX. — Quisquam me restituet in menses priorum dierum in quibus Dominus custodiebat me? Cum lucebat lucerna ejus<sup>1</sup> super meum caput; cum in lumine ejus ambulabam in tenebris; cum eram florens in viis; cum Dominus inspiceret domum meam, et essem in abundantia magna, et circum me pueri mei. Cum flueret per vias meas butyrum; cum montes mei abundarent lacte. Cum exirem matutinus in civitate, et in plateis ponebatur mihi sella. Videntes me adolescentes abscondebantur, senes autem omnes [At. tacet omnes] assurgebant, et potentes cessaverunt loqui, digitum ponentes ad os suum. Et audientes me felicem dixerunt, et lingua eorum gutturi eorum adhesit: quia auris audivit, et beatificavit me: et oculus videns me declinavit. Liberavi enim pauperem<sup>2</sup>

1. Legerat idem Martian. *quoniam hoc fecit, sicut vidit, et fecit*, quæ cum a Gr. textu longius abtulerent, et glossatoris olerent ingenium, placuit Augustinianam hanc lectionem, *quando fecit, sicut vidit enumeravit*, substituere, quæ et satis recto habet, et ad verbum respondet satis bene his Gr. textus, *ὅτε ἐπιέσθην, ὅτιος ἔδειν ἐπιέσθην*.

2. Duobus verbis, manifesto autem mendo, antea erat, *sic per, pro super*, quod nos ex Gr. *ὑπὲρ*, aliis quoque libris castigamus.

3. Apud August. cum *verbum Domini inspiceret, etc.* Sequendus tamen Floriacensis ms. qui legit juxta præsentem editionem, *cum Dominus inspiceret, etc.*

— Sic multis aliis scripturam S. Augustini locis emendandis aut restituendis inservire potest bibliotheca divina S. Hieronymi. MARR.

4. Corrupte erat, *matutinis in civitatem*.

5. Martiani. solida verba, *de manu potentis*, obelo transforata, cum tamen sola vox *manu* in Hebr. abundet, cæteris respondeat *יָמֵי*. Ac licet aliud quam quod Septuaginta interpretati sunt, vocabulum hoc sonet: illud tamen est ipsum, quod veterant, *ἐνδύσσω*, atque, ut opinor, pro *יָמֵי* acceperunt, decepti vocum similitudine, quæ postrema una litte-

de *;* manu; potentis, et pupillo, cui non erat adiutorium, auxilium dotuli. Benedictio perituri super me veniebat; et os viduæ benedixit me. Justifiabam indutus eram, et vestiebar iudicio sicut chalyde. Oculus eram cæcorum, et pes claudorum. Ego eram pater invalidorum. Iudicium, quod non noveram, exquisivi. Confregi molas iniquorum, et de medio dentium eorum rapinas extorsi. Dixi enim: *Alas mea senescet, sicut arbor palme multo vivam tempore.* Radix mea patet ad aquas, et ros morabitur in messe mea. Gloria mea nova mecum, et arcus meus in manu mea gradietur. Me audientes intulit sunt, et tæuerunt in meo consilio, et in sermone meo non adjoceverunt; sed gavisus sunt cum loquerer eis. Sicut terra stilicis expectat pluviam, sic isti meum sermonem. Quod si et redirem ad eos, non credebant, et lux vultus mei non concidebat. Elegi viam eorum, et sedi princeps, et habitabam sicut rex cinctus fortibus; quasi triplex consolans.

Cap. XXX. — Nunc autem derident me infirmi: nunc momente minores tempore, quorum spernebam<sup>3</sup> parentes: et virtus manuum eorum quasi nihilum mihi erat. In eis<sup>4</sup> peri-

cula *ἢ* hain, pro *ἢ* res, inter se differunt. Nos adeo eam duntaxat vocem *manu* confodimus. Inferius quoque passim finalia puncta suis, quod sæpe monemus, ad suffocata lectionis fines internoscendos, locis addidimus.

6. Martiani. *spernebam* parentes, qui tamen non ineruditò annotat, subsequi hic aliorum hemistichium debere, ad hunc fero modum: *Quos non putavi dignos esse cum canibus meorum gregum*, ut in Gr. est, *ὅς οὐκ ἤγησάμεν ἄξιους εἶναι κυνῶν τῶν ἐμῶν νομῶν*: illudque videtur o Latino ms. excidisse.

7. Desunt in ms. nonnulla, vilelicet, *non putavi dignos canibus meorum gregum*, vel, *non dignabar ponere eos cum canibus gregis mei*: quæ tamen non leguntur in libro annotationum S. Augustini: nec eum ea legisse in suo exemplari conjicere possumus ex ejus expositione ad hunc locum. MARR.

8. August. in eo: tum recto *peribat*, pro quo corrupte Mart. *periebat*, Qui subsequitur asteriscus, ut et paulo post alter in codicis Alexandrini nupta recensione, non sunt, nec sane alias nobis videntur, nisi eas, quas proximo præcedunt, in et qui vocales illustrare. Inferius leviora quedam alia castigantur, et cum primis crassiora puncta suis quoque locis adscribuntur.

bat omnis vita. In egestate et fame instabiles, qui fugiebant in desertum heri [Al. eremi] propter angustias, et miseras. Qui rodebant cortices arborum; quorum erat cibus radix herbarum. Inhonorati et subjecti [Al. atjecti] et egentes omni bono. Qui radices lignorum manducabant propter famem magnam. Insurrexerunt in [Al. super] me fures, quorum domus erant cavernæ petrarum. Et inter arbores clamabant. Qui sub stirpibus terre manebant. Filii stultorum. Et et ignobilium; nomen et honor extinctus a terra. Nunc autem cithara eorum ego sum, et me habent fabulam [Al. ad fabulam]. Abominati sunt me discedentes procul; nec in faciem meam pepercere spere. Aperiens enim pharetram suam, afflixisti me; et frenum in faciem meam miserunt. Pedes meos vinxerunt compedibus, et aperuerunt super me semitas perditionis suae. Contrita sunt semitæ meae. Exiit enim me stola, et jaculis suis vulneravit me. Abusus est me sicut voluit. Doloribus involutus sum, et iterantur dolores mei. Discedit sicut spiritus spēs mea, et sicut nubes transit meo. Salus mea. Et nunc super me effundetur anima mea. Possederunt me dies dolorum: Nocte vero ossa mea confracta sunt et nervi mei dissoluti sunt. In multa virtute apprehendit stolam meam, et quasi ora vestimenti mei circumdedit me. Estimavi me sicut lutum. In terra et chore pars mea. Clamavi vero ad te, et non audisti me. Steterunt, et consideraverunt me. Aggressus es me sine misericordia. Manu potenti verberasti me, et constituisti me in doloribus, et et projecisti me a salute; scio enim quod mors conteret me. Domus enim est omni

1. Hunc locum restitimus, monita S. Augustino, qui post LXX legit *heri, non eremi*, ut exscriptor codicis nostri ms. MARX.

2. Apud Augustinum, *rogarem alium, et faceret*.

3. Hunc, et qui subsequitur, asteriscum ad codicis Alexandrini normam suppressimus.

4. Gr. habet *ἀνα θυρόν, vid. εἴρη*, id est, *sine animositate, vel freno*; quare haud scio, unde sine silentio excederet noster: nisi cubat in mendo locus, ac fortasse legendum est, *sine confidentia*, aut quid simile. Tum nec recte Augustinus *et stetit*, pro *stetit, etc.*

5. Alter et plus uno inciso Augustinus, *ut non cogitem de virgine, et non cogitabo de virgine*; haud tamen ex originalibus libris, tamen etsi illud

mortali terra. Atque utinam possem me ipsum interficere, aut rogare alium ut faceret mihi hoc! Ego autem flevi super omni invidio, et suspiravi cum viderem virum in necessitatibus. Ego bona prestolabar. Ecce occurrerunt mihi magis dies malorum. Venter meus efferbuit, et non tacuit. Occupaverunt me dies inopie. Gemens incessi sine silentio, et steti in aestu clamans. Frater factus sum sistrarum, et amicus filiarum struthionum. Cutis mea innigrata est valde, et ossa mea fricta sunt; ab aestu. Versa est in luctum cithara mea, et psalmus meus in luctum.

Cap. XXXI. — Testamentum feci oculis meis, et non cogitabo de virgine. Et quæ est pars alia Dei desuper, et hereditas Omnipotentis de excelsis. Nonne perditio erit iniquo, et abalienatio facientibus iniquitatem? Nonne ipse videbit viam meam, et omnes grossos meos diffrunget? Si incessi cum irrisoribus, vel si festinavit ad dolum pes meus, appendat me in scatera aequissima. Scit autem Dominus innocentiam meam. Si defluxit pes meus de via, et si secutum est oculum cor meum. Si manibus meis tetigi munera, seram, et alii fructus meos edant; sine stirpe sim super terram. Si secutum est cor meum mulierem, aut si obseidi janua ejus, placeat quoque uxor mea alteri, et filii mei humilientur. Furor enim animi est indomitus commaculare viri uxorem. Ignis ardens est in omnibus membris. Quocumque intraverit, radicibus perdet. Quod si et desepi iudicium famuli mei, aut ancillæ, cum iudicarentur apud me: (quid enim faciam, si iudicium meum faciat Dominus?) quod

*cogitabo*, probavimus magis ex Gr. *ὀφείλω*, cum legisset Mart. *cogitavi*.

6. Neque hic bene Augustini codex *animæ meæ*, cum legisset Mart. *cogitavi*.

7. Sufficimus hic reliqua presentis versiculi verba, cum *iudicarentur apud me*; tum solidum subsequenter, qui decimus quartus est in his libris, ubi versus ad numerorum seriem notantur: *Quid enim faciam, si iudicium meum faciat Dominus? Quod si et visitationem, quod responsum dabo?* Deerat ante nos tanta tamque insignis pericula in Latina ista editione, ex decurrit et manca exemplarii expressa: quam nihil est dubium, sola veteris amanuensis oscitantia excidisse. Nimiram est si que alia pars sacri contextus certissima, quæ nedium Iob. archetypo, ex quo postea ab ipso Hieron. in

si et visitationem, quod responsum dabo? Nonne sicut ego conceptus sum in utero, et illi, et fulvus similiter in ventre? Infirmis autem, si quid opus fuit, non denegavi. Vidimus oculum non excreciavit. Aut si panem meum comedi solus, et non dedi pupillo ex eo quia ab adolescentia mea entriebam quasi pater? Et de ventre matris mea: dux eis fui; aut si desepi nudum perentem, et non operui, non habentem velamen. Infirmorum vero si non benedixerunt mihi humeri, et de tonsura ovium mearum calefacti sunt. Si levavi super pupillum manum meam: fidens quia multum est mihi adiutorium: discodat humerus meus a jugulo meo, et brachium meum a cubito meo conteratur. Timor enim Domini [Al. tacet Domini] continuat me, et a pondere ejus non sustinebo. Si posui aurum rubrum meum: quod et si in lapide pretioso fidebam: si et lætatus sum cum esset mihi census multus, si et in innumerabilibus posui manum meam. An non videmus solem lucentem defecere, et lunam minui? Non enim in ipsis est. Et deceptum est clam cor meum. Quod si et oculatus sum manum meam ponens ad os meum, et hoc mihi ad magnam injuriam reputetur: quia mentitus sum in conspectu Domini excelsi. Quod si et gravisus sum super ruina inimici mei, et dixit cor meum, benefactum est: audiat auris mea maledictionem meam, opprobrio sim in meo populo diffamatus. Quod si sæpe dixerunt ancillæ meæ: Quis det

nobis ut carnibus ejus satiemur? Cum satis honus essem. Foris non manebat hospes. Janua mea omni advenienti patebat. Quod si et sponte peccans abscondi peccatum meum; nec enim crubui multitudinem populi, ne confiterer coram eis: aut si dimisi infirmum sinu vacuo exire janua meam. Quis mihi tribuat auditorem? Manum Domini si non timui, conscriptionem si quam habeo, super humeros meos levans, et coronatus publice legam: et si non disrupti eam, et reddidi nihil accipiens a debitore. Si super me unquam terra genuit, aut sulci ejus ploraverunt simul; aut si et virtutem ejus comodi solus sine pretio; aut si anima Domini terra decipiens contristavi: pro trifido germinet mihi urtica, et pro hordeo spina.

#### ET QUIEVERUNT VERBA JOB.

Cap. XXXII. — Cossaverunt autem et tres amici ejus ultra contradicere Job; erat enim Job in conspectu suo justus. Et iratus est furor Elius filius Barachiel Buzites de cognatione Ram. Ausitidis regionis. Job. Iratus autem valde, quia se dixerit justum ante Deum. Et tribus amicis iratus est valde quod non potuerunt respondere contraria Job; et aestimaverunt eum esse impium. Elius autem sustinuit ut daret responsum Job, quia seniores se erant in diebus. Et vidit Elius, quia non est responsum in ore trium virorum, et iratus est furor ejus.

Latinum conversa est; sed et in Gr. superat, ex quo versionem hanc priorum suam adornavit. Verba sunt, *ἡρώδην πάλιν πρὸς ἱὸβ, ἢ γὰρ πρὸς, ἐν ἑσπέρῳ πρὸς πατρίῳ ἢ κληρῳ, ἐν δὲ καὶ ἑσπέρῳ, ἢ ἀποδοῦναι ἀποδοῦναι;* His autem quæ Latine supplementum, verbo ad verbum respondent: et quæ eorum maxima germanitatis est nota, exceptis his, quæ parenthesis inclusivus, ab August. ipsa laudantur, siquæ ab eo sunt totidem verbis descripta, ut nihil jam dubitemus, quin eadem illa sint, quæ S. interpres Hieron. in sua ista ex Græco versione posuit. Sola, inquam, ea, quæ uncinis includuntur: *Quid enim faciam, si iudicium meum faciat Dominus, supposita a nobis sunt ad Græci contextus fidem, summa, ut videre est, religione: ut hoc quoque vero simillimum sit, a genuinis, si exstarent, fore ut hoc verbo tenui alluderet. Inserta autem sunt textui, quod aliter nullus ferme constaret sensus, nec restituta a nobis sententia: ratio satis commode lectori perspecta esse possit.*

Latinum conversa est; sed et in Gr. superat, ex quo versionem hanc priorum suam adornavit. Verba sunt, *ἡρώδην πάλιν πρὸς ἱὸβ, ἢ γὰρ πρὸς, ἐν ἑσπέρῳ πρὸς πατρίῳ ἢ κληρῳ, ἐν δὲ καὶ ἑσπέρῳ, ἢ ἀποδοῦναι ἀποδοῦναι;* His autem quæ Latine supplementum, verbo ad verbum respondent: et quæ eorum maxima germanitatis est nota, exceptis his, quæ parenthesis inclusivus, ab August. ipsa laudantur, siquæ ab eo sunt totidem verbis descripta, ut nihil jam dubitemus, quin eadem illa sint, quæ S. interpres Hieron. in sua ista ex Græco versione posuit. Sola, inquam, ea, quæ uncinis includuntur: *Quid enim faciam, si iudicium meum faciat Dominus, supposita a nobis sunt ad Græci contextus fidem, summa, ut videre est, religione: ut hoc quoque vero simillimum sit, a genuinis, si exstarent, fore ut hoc verbo tenui alluderet. Inserta autem sunt textui, quod aliter nullus ferme constaret sensus, nec restituta a nobis sententia: ratio satis commode lectori perspecta esse possit.*

1. In editione Romana LXX interpretum *humerus meus a junctura*, Augustinus autem, ut et nos. noster, *a jugulo meo*. MARX.

2. Ita etiam S. Augustinus, *Alii, si posui aurum in congium meum*. Conforat igitur lector studiosus hanc editionem libri Job cum textu annotationum S. Augustini, statim pervidebit ipsissimam esse versionem, quæ ille nititur in eodem opere. MARX.

3. Falso antea legabatur *innumerabilibus*. Græco autem est, *ἐν ἀναριθμήτοις*, juxta quod emendamus.

4. Ait S. Augustinus ad hunc locum: *Conscriptionem si quam habeo. Et si non disrupti eam super humeros meos, et coronatus legam super humeros meos levans, etc.*

5. Martianeus *germinet mihi urticam, et mox, spinam.*

6. Et particulam, et finalia puncta quæ deerant,

nos reposuimus. Hujusmodi alie asteriscorum, punctorumque nota infra ad codicis Alexandrini exemplum restituntur.

2. In editione Romana LXX interpretum *humerus meus a junctura*, Augustinus autem, ut et nos. noster, *a jugulo meo*. MARX.

3. Ita etiam S. Augustinus, *Alii, si posui aurum in congium meum*. Conforat igitur lector studiosus hanc editionem libri Job cum textu annotationum S. Augustini, statim pervidebit ipsissimam esse versionem, quæ ille nititur in eodem opere. MARX.

4. Falso antea legabatur *innumerabilibus*. Græco autem est, *ἐν ἀναριθμήτοις*, juxta quod emendamus.

5. Ait S. Augustinus ad hunc locum: *Conscriptionem si quam habeo. Et si non disrupti eam super humeros meos, et coronatus legam super humeros meos levans, etc.*

6. Martianeus *germinet mihi urticam, et mox, spinam.*

ET RESPONDENS ELIUS FILIUS BARACHEL BUZITES,  
DIXIT :

Juvenis quidem sum ætate, vos autem estis seniores; propterea tacui, timens referre vobis eruditionem meam. Dixit autem quia non est ætas que loquatur, neque in multis annis noverrunt sapientiam: sed spiritus est in hominibus, et inspiratio Omnipotentis, qui docet eos. Nec enim longævi sunt sapientes, neque senes noverrunt iudicium. Propter quod dico: Audite me, ut referam vobis que novi. Ecce patiens fui in verba vestra, et audiavi vestram prudentiam, usquequo discutieteris sermones, et donec intellegerem vos; et ecce non est qui arguat Job, et respondeat sermonibus ejus ex vobis. Ne dicatis: Invenimus sapientiam. Dominus abiecit eum, et non vir. Necdum ad me locutus est, et [Al. *loc. in*] in sermonibus vestris non respondebo ei. Obstupuerunt, non responderunt ultra. Defecerunt ab eis sermones. Quia ergo expectavi, et non sunt loculi, et steterunt et non responderunt ultra: respondebo et ego partem meam, et annuntiabo sapientiam meam. Homini vero permisistis loqui talia verba.

ET AMICIENS ELIUS AIT: ITERUM LOQUAR:

Plenus enim sum verborum, et angit me spiritus ventris mei. Venter enim [Al. *loc. enim*] meus sicut uter musto plenus, fervens et ligatus, et veluti follis erarii disruptus. Loquar et requiescam, aperiens labia respondebo. Neque enim erubescam faciem viri, nec mortale confundar. Non enim scio mirari faciem: alioquin et me tinea edunt [Al. *edent*].

Cap. XXXIII. — Nunc ergo, Job, audi verba mea, et loquemur tibi meam auribus percipe. Ecco

1. Expunximus quam hic Martianeus addebat Domini, vocem, quod neque in originali nullo sit libro, nec genuinum contextus aut sententia vim servet: præterea ob subsequens immediate recursum, que eadem est, errore veteris amanuensis facile videtur reposita. Porro sunt quidem in Hebræo, que hinc subsequuntur ad finem usque sectionis, postrema excepta sententia: in Græco autem nonnulla ex his omnino desiderantur, alia brevioribus ac forme diversis sensibus continentur.

2. Pro ego, quod Martianeus legerat, restitimus iuxta Augustini lectionem ergo.

3. Ino verò jugulanda obelo est, non asterisco

aperui os meum, et locuta est lingua mea in guttore meo. Mundum est cor meum in verbis, et sensus laborum meorum pura intelligit. Spiritus divinus qui fecit me, et inspiratio Omnipotentis que docet me. Si potes, da mihi responsum ad hæc. Sustine ista contra me, et ego contra te. De luto factus es tu, sicut et ego. Ex eodem facti sumus. Nec timor meus terrobit me, nec manus mea erit gravis super te. Verumtamen dixisti: In auribus meis: vocem verborum tuorum audiivi, qua dicis: Mundus sum a peccato, et sine crimine. Non enim deliqui, ecce querelam contra me reperisti, et putat me quasi contrarium sibi. Posuit enim in ligno pedem meum, et custodivit omnes vias meas. Quomodo ergo dicis: Justus sum, et non exaudivit me? Aternus enim est qui est super homines. Dices autem: Quare iudicium non audivit, et omnem sermonem? Semel enim loquitur Dominus, et in secundo non considerabit illud. Per somnium, aut in visitatione nocturna; aut sicut incidit serpens timor in homines, cum dormiunt in cubili [Al. *cubiculis*]: tunc aperit aures hominum, in figuris talibus horrorem illos terrorens: ut avertat hominem ab iniquitate, et corpus ejus a ruina eruat, et pepercit animam ejus a morte. El iterum arguet eum in infirmitate in cubili; et multitudo ossium ejus emarebit; omnemque escam non poterit sumere. Et anima ejus desiderabit cibum; donec carnes ejus tabescant, et ostendantur ossa ejus inania. Accessitque ad mortem anima ejus, et vita ejus ad inferos. Quod si fuerint Angeli mortiferi non respondebit ei. Unus ex eis non vulnerabit eum, si intellexerit corde converti ad Dominum, et nuntiaverit homini viam suam: et stultitiam suam ostenderit, et subveniet sibi ut non cadat in morte, et renovabit corpus suum sicut litura in pariete

illustrata postrema isthæc sententia, quam Hebræus textus nescit. Luxata præterea est, et non suo loco posita, si ad Græcum componatur, ubi ante tres versus habetur, utenique rectius, *ἀποβλέπων ἐπὶ ἐκσπῆσαι τὰ ὀστά τῶν αἰσθημάτων*.

4. Quod hic dicitur verbum, *dicis*, ad Græci textus fidem et Augustini lectionem subducimus.

5. Supplementum ex Græco textu, *τὸ πρὸς πᾶσι λέγειν ἅπαντες ἐν κώλυμα, ut non cadat ille in bello*. Aliter S. Augustinus legit, *quia venturum est bellum*.

6. Obelo iste amovendus hinc atque expungendus videtur: est enim illa, tamenetsi paulo diversis verbis, in Hebræo sententia, aut certe supra Hebræi

et ossa sua implebit medulla, et molliet carnes suas sicut parvuli, et restituat se fortem in hominibus. Orabit ad Dominum, et in acceptum referet ei; et intrabit [Al. *intravit*] facie hilari cum professione, et reddet hominibus justitiam, et tunc increpabit homo semetipsum, dicens: Quæstia faciebam! Et non me digne castigavi, et peccavi. Salva anima meam, ne veniam in corruptionem, et vita mea lucem videbit. Ecce hæc omnia faciet Deus vices tres cum viro. Sed eruit animam meam de morte, ut anima me in lumine collaudet eum. Auribus percipe, Job, et audi me. Tace, et ego loquar. Si est tibi sermo, responde mihi, loquens: volo enim justificari te. Alioquin audi me, tace, et docebo te sapientiam.

RESPONDENS AUTEM ELIUS, DIXIT:

Cap. XXXIV. — Audite, sapientes, verba mea; et qui habetis sapientiam [Al. *scientiam*], auribus percipite. Quia auris verba [Al. *sermones*] probat, et guttur gustabit cibum. Iudicium eligamus nobis, sententiam inter nosmetipsos, quid est bonum. Quia dixit Job: Justus sum, et Dominus abstulit iudicium meum, et in iudicio meo mentitus est. Violentum jaculum meum absque iniquitate. Quis est vir ut Job, bibens subsannationem quasi aquam? Non peccans, neque impie agens, neque omnino parcens eorum qui faciebant iniquitatem, ut iret eum viris impiis. Dixit enim: Non visitabitur vir, qui ambulaverit cum Deo. Ideo prudentes corde, audite me. Absit a Domino impietas, et ab Omnipotente turbare quod justum est. Quia reddit homini

opus suum, et iuxta viam suam unusquisque reperit. Putas Dominum iniqua facturum, et Omnipotentem turbatum iudicium, qui fecit terram? Quis est qui reficit orbem sub celo, et que sunt in eo omnia? Si enim voluerit imbibere, et spiritum ejus apud se tenere, morietur omnis caro simul, et omnis homo ibit in terram: unde formatus est. Quod si non es commotus, audi hæc, percipe vocem verborum meorum. Videto odientem iniqua, et interficientem malos, qui est æternus et justus. Impius est qui dicit regi: Inique [Al. *injuste*] agis impissimi principibus: qui non erubuit faciem inhonorati; nesciunt honorem deferre principibus, et admirari facies eorum. Vana eis venient, ut clament, et rogent virum. Abusi sunt enim inique, cum excluderent infirmi. Ipse enim perspicit opera hominum, nec latet eum quidquam eorum que faciunt. Neque erit locus; et non est umbra mortis: ut latitenti qui faciunt iniqua, quia non in homine positum est ultra. Dominus enim omnino respicit, qui comprehendit investigabilia, glorifica, et admiranda, quorum non est numerus. Qui cognoscit opera eorum, et evertit noctem, et humiliabitur. Et extinxit impios, et gloriosos coram inimicis suis, quia declinaverunt a lege Dei, et justitias ejus non cognoverunt, ut perferatur ad eum clamor pauperis, et clamorem pauperum exaudiat. Ipse quietem dabit, et quis poterit condemnare? Abscondet faciem, et quis videbit eum? Et contra gentem, et contra hominem simul. Qui regnare facit hominem hyperbitam propter perversitatem populi. Quia ad Dominum loqui cupi, non cessabo. At quod minus video, tu

continentiam hæc non abundat. Qui subsequitur, verbo renovabit, librorum originalium defectus notat. Editione præposuimus.

1. Penes Martianeum: *Sed et eruel*: minus bene.

2. Malim utique rescribi *sententiam*, pro *sententiam*: nam et Græci *ἴσχυος* habet, et ex Hebræo *videmus*, ipsomet Hieronymus interpretatus est: denique et rectus contextus ordo se posuit. Ceterum asteriscos et puncta terminalia piget, quam steppe restitimus, repetero.

3. In Græco est *ὁδὴ ἐκωνόησας πρὸς, &c. &c.* ex quo ista, *que omnino parcens, &c.* de mendo suspecta mihi sunt. Immo vero legito sodes, me auctore,

*particeps*, pro *parcens*: ut enim in textum lectionem illam informam, librorum originalium defectus notat.

4. Voculam *vir* S. Augustinus tacet.

5. Pro hoc inciso Augustinus, *lucere sibi videbantur*. Græci quoque inter se libri dissentiant.

6. *Et extinxit impios, lucere sibi videbantur*. Ita S. August. libro septies memorato annotationum in Job. Vulgata iuxta Hebr. *Quasi impios percussit eos loco videntium*. Ms. autem noster Latini exemplar Græcum Alexandrinum LXX secutus videtur: nam in eo scriptum est *καὶ ὄρατοι ἐγένοντο ἐναντίον αὐτοῦ ἰσχυροί, et conspiciunt eorum inimicos*. MARC.

7. Rectius ad Græcum saltim exemplar, *ἀνεῖς ἔπαυτοὺς ὄραται*, Augustinus legit *absque me videbo*.

ostende mihi. Si iniquitatem operatus sum, non adjiciam. **N**unquid a te exigit [Al. exigit] eam, quia [Al. quam] repulisti? Tu enim elegisti, et non ego. Et si quid scis, loquere. **P**ropterea prudentes corde dicent hec: Et vir sapiens audiet **v**erbum meum: Job autem non in sapientia locutus est, et verba ejus non sunt scientias. Imo vero disce, Job, et noli jam respondere sicut stulti, ne arguamus super peccata nostra, et in iustitia super nos reputetur, multa loquentibus verba coram Domino.

RESPONDENS AUTEM ELIUS, AIT:

*Cap. XXXV.* — Quare **h**oc existimasti in iudicio? **T**u qui es quia [Al. qui] dixisti: Justus sum ante conspectum Dei? **A**ut dicis: Quid prodest tibi: aut quid faciam, si peccavi? **I**taque ego dabo tibi responsum, et tribus amicis tuis. Aspice in caelum, et vide. Respice in nubes, quam alto sunt a te. Si peccasti, quid ages [Al. agis]; aut si multa **i**njusta fecisti, quid dabis ei? **A**ut quid de manu tua accipiet? **V**iro **s**imili tui, impietas tua, **et** filio hominis iustitia tua. **M**ultitudine calumniantium clamabunt, **et** vociferabuntur a brachio

1. Hanc quoque pericopam Martianus sub asteriscis continuabat, quos superiori hemistichio post verbum *loquere*, nos crassioribus appositis punctis finivimus. Hic porro contraria nota, sive obelus videtur praepositus **v**erbum, quod in Hebraeo tacet, ubi אָמַרְתִּי, *audiat me*, tantum legitur.

2. Totum istud capitulum abfuisse videtur in LXX interpretatione, quae *xxvi*, id est, Vulgata dicebatur et vetus. Nec obstat quod versus singuli non sunt **et** asterisco praenotati: quia exscriptores nulla omittunt signa in medio paginarum, contenti ea annotasse ab initio et in fine. Hoc modo quatuor vel quinque obelisci inveniuntur praenotata in regio librorum *ms.* codicis n. 3564, quae quadraginta et amplius hujusmodi signa exigunt in singulis paginis prophetae Danielis, ubi hymnus trium puerorum descriptus est. Consulat codicem jam dictum, confortaque qui voluerit cum nostra editione Danielis, ut rerum experientia persuasus, nihil praeter verum a nobis dictum fateatur. **MARR.**

— Autumat Martianus, totum istud capitulum a Graeco editione Vulgata abfuisse, atque adeo debere hic unumquemque versum, sive hemistichium praenotare asterisco. Nullam tamen addit probando conjecturam suae causam, ac ne temere fidem verbo tenere id asserenti adhaereamus, vari omnis species vetat;

multorum, **et** non dixit: Ubi est Deus qui fecit me? Qui distribuit custodias nocturnas, qui separat me a quadrupedibus terrae, et a volucribus caeli. **S**apienterem me fecit. **I**bi clamabunt, et non audiet [Al. audies]; ab injuriis malorum. Vana enim non vult Dominus videre. Ipse enim Omnipotens perspicit eos qui faciunt iustitiam, et saluum me faciet. Judicare itaque contra [Al. *tac.* contra] eum, si potes. Collaudare eum, sicuti est, **et** nunc quia non est visitans iram suam, nec **c**ognovit delicta vehementer, **et** Job vane **a**perit os suum, **et** in ignorantia verba multiplicat.

ADDENS ERGO ELIUS AIT:

*Cap. XXXVI.* — Sustine **m**e pusillum, ut te doceam. Adhuc enim **s**unt in me sermones. Suscipiens scientiam meam de longe, operibus autem meis quae juxta sunt, loquar. In veritate, et non **i**njusta verba injuste intelliges. Et scito quia Deus [Al. Dominus] non abiicit innocentem. **F**ortis roboro cordis non vivificabit, [Al. vivificat] impium, **et** iudicium pauperum [Al. pauperibus] dabit. **N**on auferet a iusto oculos suos [Al. ejus], **et** cum regibus in solio.

quia imo cum ex his aliquot modo, itaque numero notati versus in Hexaplaribus libris dicantur ex Theodotone suppleri, ut est in uno Colberino apud Montfauconium: optime ex ea annotatione arguunt, illos demtaxat, non omnes itaque abfuisse.

3. Vitiose Martianus *injusto*, pro *injusta*, sive *injusta*, et mox *potes*, pro *poteris*, quae duo nos ex Augustino ad Graeci textus fidem restitimus.

4. Ille iterum vitiose erat *similis*. Quo infra est vox *clamantium* ab Augustino ignoratur, qui et paulo post, *vociferabuntur*, pro *vociferabuntur* legit.

5. Erat pro finali punctorum nota penes Martianum asteriscus, quem ad nuperam codicis Alexandrini editionem expungere satius fuit. Eiusmodi alia infra emendamus.

6. Penes Augustin. *aperuit*, et mox in *ignorantia sua*.

7. Vocatum *me* ex August. et Graeco textu *sufficiens*.

8. Perperam scriptum antea erat *iuata* sunt.

9. Iterum mendose erat, *non in iustitia*, pro *non injusta*, quomodo ex Graeco, *ὄχι ἀδικία*, atque ita praeflegente Augustino castigamus. Sed et superior locus isdem suffragis nititur.

**Et** sedere eos **facit** in perpetuum, et exaltantur. **Et** qui compediti sunt compeditibus **capientur** in funibus paupertatis: **et** annuntiantur [Al. annuntiantur] eis opera eorum, **et** delicta, cum fuerint roborati: **sed** iustum exaudiet. **Et** dixit: Quia convertentur ab iniquitate **si** audierint **te**, et servierint **et** complebunt dies suos in bonis, **et** annos suos in gloria: **impious** vero non facit salvos, eo quod noluerint [Al. noluerunt] scire Dominum, et eam monerentur, inobedientes erant. **Et** hypocrite corde ponent furorem. Non clamabunt quia **ligavit** eos. Moriatur ergo in juventute anima eorum, et vita eorum vulneretur ab Angelis: quod tribulaverint infirmum et invalidum. Iudicium vero mansuetorum statuet [Al. statuit]. **Et** quia decepti te ab ore inimici abyssus, **et** effusi subter eam, **et** descendit [Al. descendit] mensa tua plena pinguedine. **Non** deficiet iustus [Al. iusto] iudicium, et ira super impios erit, propter impietatem munerum, quae accipiebant in [Al. *tac.* in] iniquitatibus. Non te avertat voluntas animi a precibus infirmorum, cum in necessitate fuerint. Et omnes qui habent fortitudinem, noli **extrahere** per noctem, **ut** ascendant populi pro eis; **sed** cura ne quid facias indecens; **hoc** enim elegisti super inopiam. **Ecce** Deus roborabitur in fortitudine sua. Quis enim est sicut ille potens, vel quis est qui discutiat ejus

opera, aut quis est qui dicat: Egil inique? Memento quia magna sunt opera ejus **quae** laudaverunt viri. **Omnis** homo respicit ad eum. Quicunque compunguntur homines. **Ecce** Deus multus, et nescimus. **Numerus** annorum ejus infinitus. **Et** autem numerabiles stillae pluviae. **Effundit** imber per semitas suas. **Fluent** nubes et tenebrae super homines plurimos. **Horam** constituit iumentis, et sciunt cubilis ordinem. **In** his omnibus non torpescit animus tuus, **et** nec mutatur cor tuum a corpore. **Si** cogitaverit extendere nebulam **et** aequae **ad** tabernaculum expandit eam. **Ecce** effundit super eum lucem suam, **et** radices maris contextit. **In** eis iudicabit populos, **dabit** escam plurimis. **In** manibus contextit lumen, et mandavit de eo in contrarium, **ut** nuntiaret super illo amico suo, **et** possessionem contra eum, qui ascendere nititur.

*Cap. XXXVII.* — Sed in hoc [Al. his] obstupuit cor meum, **et** evulsus est de loco suo. **Audite** sonitum terroris, **et** strepitum oris ipsius exeuntem. **Subter** universum caelum circuit, **et** lumen ejus in finibus terrae. **Post** eum fremet vox. **Tonabit** in sonitu superbiae suae, **et** non poterit investigari cum audita fuerit vox ejus. **Tonabit** fortis in voce sua mirabiliter. **Fecit** enim magna quae nescie-

1. Augustinus *sedere eos fecit*, quae verba et praecedenti immediate isocolor supplet subiungenda, sentit.

2. Pronomen *te* Graecus et Augustinus tacent. In fino versiculi finalia, quae deorant, puncta sufficiens.

3. Verbum istud *corde*, praetermissum in *ms.* nostro supplevimus ex Augustino, qui legit, *et hypocrite corde ponent furorem*. **MARR.**

4. Antea erat *ligabit*, refragantibus aliis libris, et Graeco ἔσται δεσμεύσει et finalis punctorum nota, quam demum inferior suo loco substitimus: aliaque leviora emendamus.

5. Perperam legebatur *extollere*, pro *extrahere*. Monuit nos August. maxime vero Graecus textus, *ἢ ἐκείνους*.

6. S. Augustinus duplicem hoc loco recitat variantem lectionem sequentem: *Ecce Deus consolabitur, vel roborabitur in fortitudine sua*. Vnde librum annotationum in Job. **MARR.**

7. Pro vera, quam ex August. substitimus, loc-

tionem *autem numerabiles*; contrario sermo, atque incongruo sensu, tantum erat in Martiano editione *imnumerabiles*. Refragabatur vero Graecus ipse textus ἄριθμους ἐξ ἄνω ὄρει ὄρυξαι, *ipsi vero numerabiles sunt pluviae stille*.

8. In Graeco *ὄχι ἔσται* (vel ἔσται), non *obstupuit*, vel *obstupescit*, quam lectionem August. quoque praefert, ac sequi nos ipsi malimus, pro *torpescit*. Minus vero recta animus ejus idem, pro *tuis* legit. Vetus porro nota Colberini codicis penes Montfauconium est de quatuor hisce hemistichis obelo transverberatis: *ὄχι οὐκ ἐστὶν ἔσται ἐν τῷ ἔσται, ἐκ καὶ ἀδελφότητος*. *hi* quatuor (versiculi) non *exstant* in Hebraeo, adeoque obelisci notati sunt.

9. Integrius penes Augustin. *aequae ut per tabernaculum*.

10. Plus habet hic Augustinus, *et vocis ejus*, tum strepitum legit, pro strepitum. Graeco autem abunde textu ab utraque lectione cum hic loci, tum etiam inferiori, nihil addimus.

damus, præcipiens <sup>1</sup> nivl. Esto super terram. <sup>2</sup> Et tempestas pluvie, et tempestas imbrum, potestatis ejus. <sup>3</sup> In manu omnis hominis <sup>3</sup> signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam. Introierunt autem bestie sub protectione, et quieverunt in cubili. De promptuariis supervenit tempestas, et de promptuariis frigus, <sup>4</sup> et a Spiritu Dei dabitur glacies, <sup>5</sup> gubernat autem qualiter illi placuerit, <sup>6</sup> aquam et frumentum <sup>6</sup> irrigabit nubibus. Disseminabit nubes lucem suam, et ipsa per circuitum vertitur in gubernaculis, ad operanda [AL. operandum] omnia que mandaverit eis. Hec constituta sunt ab eo super terram; <sup>7</sup> sive in tribu, sive in terra sua, <sup>8</sup> sive in misericordia inveniri voluerit eam. <sup>9</sup> Auribus percipio hæc, Job. Sta, <sup>10</sup> et commoneo virtute Domini. Scimus quia Deus posuit opera sua, cum faceret lucem de tenebris. Scis dilectioriam nubium, et ingentes lapsus malorum? Tua vero stola est <sup>11</sup> valida, quiescente terra <sup>12</sup> ab austro. <sup>13</sup> Firmabis cum eo caelos, qui æqualiter ad vivendum fusi sunt? <sup>14</sup> Quare doce <sup>15</sup> nos quid dicamus ei; et requiescamus multa dicentes:

1. Mendosa, ut videtur, proferebat Augustinianum exemplar *nubi*, pro *nivi*: Græco γένω. Bene autem est, quod ex eo accepimus paulo post *potestatis*, juxta Græcum δυνατείας, pro quo legitur Martianæus *potestas*: et rursum *signat*, pro *signatur*, idem cum Græco κατασφραγίζω. Subjunctimus et hæc verbo finalia puncta, quo decernat.

2. Activo legunt Augustinus, et Vulgata, id est, *signat* pro *signatur*. MARX.

3. August. *irrigavit nubes*. Disseminavit nubem, haud satis recto, si prius nomen *nubes*, excipias, quod hodierna scriptura Græce, νεφέλη, consonat magis. Sequentes asteriscus suo nos loco suisque finibus constituitis.

4. Emendandus est textus in libro annotationum S. Augustini, in quo depravata hujusmodi exstat lectio, et commovere virtutem Domini. MARX.

5. Manuscripti et Augustinus legunt sic *valida*, pro *calida*, ut habet canon Hebræ. veritatis, ac Vulgata Latina. Nec error hic est recentiorum exscriptorum, sed veterum, et antiquorum: nam eodem modo legebat in suo exemplari S. Augustinus, qui *stolam validam* interpretatur dignitatem superbam. MARX.

— Rescribendum *calida*, Græca vox θερμή clarior: tamenetsi ipso etiam *valida* Augustinus protulerit. Idem paulo post *firmabis* habet pro *firmabit*. Stant et Græci pro alterutra lectione codices.

6. Arridet magis, quod habet Augustinus *me*, juxta Græcum, pro *nos*.

Nunquid liber, aut scriba <sup>1</sup> assistit mihi; ut hic stans faciam hominem tacere? Omnibus autem non est visibile lumen, quod refulget in nubibus. Et <sup>2</sup> spiritus transiens emundabit eas. Ab aquilone nubes coloris auri. In his est magna gloria, et honor Omnipotentis; et non invenimus alium similem virtuti ejus. Qui justo judicat, non putas exaudire eum? Propterea timebunt eum homines, timebunt quoque eum et sapientes corde.

Cap. XXXVIII. — Et postquam quievit Elins loqui, dixit Dominus ad Job per turbinem nubis: Quis est qui colat me consilium, continens sermones in corde, et putat me <sup>1</sup> latere; <sup>2</sup> accinge tanquam vir lumbum tuum, interroga te, tu autem responde mihi. Ubi eras cum fundarom terram? Indica mihi si nosti scientiam. Quis posuit <sup>3</sup> mensuras ejus <sup>4</sup> si nosti; <sup>5</sup> aut quis est qui induxit super eam faniculum, aut super quo <sup>6</sup> [AL. quod] circuli ejus <sup>7</sup> fusi sunt? Quis est autem qui misit lapidem angularem <sup>8</sup> super eam; <sup>9</sup> quando facta sunt simul sidera?

7. Idem assistit: Græcus ἀσπίθι, κατέσπευ. Coraxinus vero utriusque ope ut vulgum, que sequitur, pro qua erat mendosa aut.

8. Qua his, et spiritus transiens emundabit eas, in Græco respondent haud invenimus. Sunt tamen in Hebræo archetypo, ex quo ipsemet Hieronymus vertit, et ventus transiens fugavit eas. Legit etiam Augustinus, tametsi paulo aliter, spiritus transit et mundabit, etc.

9. Apud Augustinum *dare*, pro *latere*, quod quidem mendam apertissimum haud scio, nisi in suo ipse olim exemplari legitur, an sequiorum culpa librariorum in describendo annotationum s. patris Hebræ sit perpetratum: nam latendi verbum, non dandi in proposito textu a se lectum, sive laudatum fuisse, non obscure, ut mihi quidem videtur, ipse indicat in subnexa ibi annotatione his propriis verbis, quoniam Deum non latent. Ceterum et pro *accinge* legitur apud eum *accingere*.

10. Obelus hic positus fuit pro asterisco: quod emendare nequaquam perlicescimus, cum ille qui nobis transcripsit hanc editionem et ms. codices, plures asteriscos <sup>10</sup> posuisset pro obelis <sup>10</sup>. Proclivi enim lapsu mutantur signa isthæc ab scriptoribus, qui eorum nec usus, nec significatias intelligunt. MARX.

11. Idem facti sunt, pro *fusi*, etc. Græco κατέσπευ.

12. Voces *super eam*, que in Martiano editione desiderantur, nos suffocimus, ex Augustiniano exemplari, et prefixo etiam obelo jugulavimus,

Laudaverunt me voce magna omnes Angeli mei. Conclusi portis maris, cum fremeret ex [AL. in] utero matris sue, volens progredi. Circumposui illi nubem operimentum, et nebula obvolvi illud; et posui illi terminos, imponens claustra et portas. Et dixi: Iluensque venies, et non transibis: sed in temetipso comminuentur fluctus tui. Aut nunquid tecum constiti lucem matutina, aut cognovit Lucifer ordinem suum? <sup>1</sup> Apprehendo pinnas terre, excute impios ex ea. Et tu sumens terre lutum figurasti <sup>2</sup> animal, et famosum eum posuisti super terram, et abstulisti ab impiis lucem, aut brachium superborum comminuisi, aut venisti ad fontem maris, aut in vestigiis abyssi deambulasti [AL. ambulasti], aut tibi aperiantur metu portæ mortis, aut janitores inferni videntes te timeverunt, aut cognovisti latitudinem sub celo? Narra ergo mihi quanta <sup>3</sup> queque sit, aut in qua terra habitet [AL. habitat] lux, aut quis tenebrarum locus. Si <sup>4</sup> duces me in fines eorum? Quod si et nosi semitas eorum, nunquid scis quia tunc natus eras [AL. es], et numerus annorum tuo-

cum sint illæ quidem in Græco textu, ἐν ἀρχῇ, non item et in Hebræo addatur לללל. Sed et in illo, ex quo hæc Martianæus descripsit codice ms. obelus hic loci erat verbi tamen, ut diximus, quo confidenda erant, prætermisissis. Hoc autem illi fraudi fuerit, ut plane immerito verba, quando facta sunt, jugularet, quibus manifeste respondit in Hebræo לללל, et ab ipso Hieronymo ex eo fonte reddantur: Cum me laudarent; Græci ex alia vocabuli etymologia, ἐν ἐπιπέδῳ, cum facta sunt, etc.

1. Apud Augustinum *apprehendere*, et *excutere*: nam quod *pinas*, pro *pinas*, sive *pinas* legitur, typographorum puto esse vitium. Pro eo autem quod deinde sequitur *animal*, eodem Augustino et Gr. ἄνθρωπος suffragante, vitioso Martiano, legitur *anima*, ut et paulo post *fecisti*, pro *posuisti*, juxta Gr. ἔθετο.

2. Augustinus post LXX, figurasti animal. MARX.

3. Illud *quæque* nos ex Augustino supplemus, ita cum primis Gr. jubente textu, ἐν ἅπασιν ἐστίν. Novit vero et Martiano, hanc Hipponeis episcopi lectionem, sed mirum plane, que eam de causa repudiet. Melius, inquit, legitur in ms. juxta Hebr. לללל *hullah*, id est, *tota ipsa*, nempe, *terra*. Sollicit oblitus est, ex Gr. versione istam, non ex Hebr. derivari; nec præterea intellexit, nihil in rem suam, aut lectoris, observationem eam esse.

4. Error hic est, ni fallor, exscriptoris, qui substitutum verbum *sit*, posuit pro conditionali parti-

rum multus? Aut venisti in thesauris nivis, aut thesaurus grandinis vidisti, que reposita sunt in tempus inimicorum, et in diem [AL. die] pugne et belli? Unde autem procedit pruina, et dispergitur anster sub celo? Quis preparavit pluvie valide flumen, et viam vocibus tempestatis, <sup>5</sup> ut [AL. ut ei] pluat super terram, ubi non est vir, <sup>6</sup> in deserto, ubi non est homo, <sup>7</sup> ut saliet invium, et inhabitabile [AL. inviam et inhabitabilem], <sup>8</sup> et ut germinet herbe viros? <sup>9</sup> Quis est pluvie pater, vel <sup>10</sup> quis est qui genuit stillas roris? De cujus utero procedit glacies: aut pruina in celo quis genuit, que descendit sicut aqua [AL. sicut flumen]? Aut faciem impii quis tabefeci? Aut intellexisti nexum Pleiadis, et septem Orionis aperuisti? <sup>11</sup> An aperies Mazuroth in tempore suo, <sup>12</sup> et vesperum super ædificationem ejus induces? <sup>13</sup> Scis <sup>14</sup> commutationes cæli, aut omnia que sub celo pariter fiunt? Vocabis nubem voce, et in tremore aque valide obediunt [AL. obediunt] tibi? <sup>15</sup> Mitte vi fulmina et ibunt; aut dicent tibi: Quid est? Quis dedit mulieribus texture sapientiam, et

cula si. Ita igitur legendum, *aut quis tenebrarum locus*. Si duces me, etc. Hæc lectio consentiunt LXX et Augustinus. MARX.

— Antea corrupto legebatur, *locus sit*: tum *calida* *ostre*, apposta, *duces me*, etc. Emendavimus vero nolum ad librorum omnium, et cum primis Græci fidem; sed et ipsius Martiano. mentem, ut in notis monuerat.

5. Addit Augustinus *tibi*; quam vocem cum in Græcis codicibus invenias, et malis in Latinum adoptare, obelo tamen prænotabis, quod in Hebræo non sit. Leviora quædam infra emendantur.

6. Aliter August. *Et quis est qui peperit globos roris*. In Gr. quoque varians est lectio, *globus*, pro *stillas*, *βύβλος*: pro *συνέξω* quarum utramque retinet codex Alexandrinus; nec tamen dicere ausim, quam ipse s. interpret præterierit: aut si alteram libri eram ipsemet annotavit.

7. Vitiose legerat Martiano *commotiones*, contra Græcum ταραχῆς, apposta, *quædam* modum, et Augustinus legit: *tum omnium erat pro omnia*, iisdem contradicentibus libris.

8. Legebat hoc loco S. Augustinus, *mitte vi flumina, et ibunt*: que profecto sensum Scripture legitibus tollunt. Quare nostre editioni ac Vulgatae Latine procerus adharendum, non errores librarium æque nobis imponant, ac sanctissimum doctore. MARX.

varietatum scientiam? Aut quis est qui numeret nubes sapientia, et organa cœli in terram declinavit? Diffusus est autem sicut terra cinis, et agglutinavit eum sicut lapidibus cubum [AL. cibum]. Aut capies leonibus [AL. leoni] escas, aut animas draconum [vel catulorum] replebis? Pavidus enim sunt in cubilibus suis, et sedent in silvis insidiantes. Quis autem præparavit corvo escam: pulli enim ejus ad Dominum clamant, errantes et [AL. clamantes et] oscum quærentes.

Cap. XXIX. — Si cognovisti tempus pariendi tragelaphorum in petris [AL. petras], aut parus cervarum custodisti, et numerasti menses partus earum, et dolores earum solvisti, et nutriti hinculos earum sine metu? Partus earum emittes? Abrumpent filii earum, multiplicabuntur in tritico, et exhibunt, et non revertentur eis. Quis autem est qui dimisit onagrum liberum, et vincula ejus quis resolvit? Posui enim tabernaculum ejus desertum, et habitacula ejus sanguinem. Irridens multitudinem civitatis, et querelam exactoris non audiens. Consideravit montes pasce sue, et post omne viride quærit. Volet autem monoceros servire tibi, aut dormire super præsepium; aut [AL. et] alligabis in loris jugum suum, aut ducet tibi sulcos in campo? Confidit autem in eo, quia mutata est virtus ejus, aut dimittes [AL. dimittis] ei operâ tua? Aut [AL. et] credes ei quia reddet tibi sementem, et in aream

tuam inferet? Penna struthionum mixta est alis herodionis et accipitris, et relinquit [AL. reliquit] in terra ova sua, et in pulvere calcantur. Ut obliata est, quia pes dispergit [AL. disperdet] ea; et bestia agri concubant ea. Obdurnit contra filios suos, ne sint ejus. Frustra laboravit absque ullo timore, quia desepit eam Dominus [AL. Deus] in sapientia, et non distribuit ei intellectum. Cum tempus fuerit in altum se levabit [AL. evolabit], et deridebit [AL. irridebit] equitem, et ascensorem. An tu circumdedisti equo virtutem, et inseruisti collo ejus hincitum, et circumposuisti ei arna? Et glorie pectoris ejus, audacia. Prodiens in campo luxuriat, et procedit in prælium [AL. prelio] cum virtute: occurrente quoque jaculo contemnit, nec se avertit a ferro. Super ipsum autem gaudet arcus et gladius, lancea, hastæque tremore; et iracundia evortit [AL. vertit] terram, nec credit, donec clanguerit [AL. clamaverit] tuba. Dum autem tuba cecinerit, dicat. Euge. Et procul odoratur pugnam; tonitruum ducem et clamorem. Nunquid in sapientia tua plumescit accipiter, expansis pennis immobilitas, respiciens ad austrum? Aut [AL. ac] tuo præcepto exallatur aquila; et vultus super nidum suum in petra sedens morabitur in summitate petre, et in caverna? Et cum ibi fuerit, quærit escas, longe oculi ejus prospiciunt [AL. respiciunt]; et pulli ejus volitantur in sanguine. Ubique fuerint cadavera, statim [AL. confestim] reperiantur.

1. Voculus est qui, nos ex Augustino suffocinus concinente Gr. textu, et ἄε ἐ ἀρδίων, etc. Qui subsequitur asteriscus unum puto vocabulum organa illustrat, quod puto ex Symmacho suffocatum esse, non enim in aliis Græcis libris habetur nisi ὀργανία, cælum. Denique pro declinavit, quod ex ejusdem Augustini et Græci textus auctoritate rescripsimus, Martian. legera declinet.

2. Mendosus est locus iste tam in ms. nostro, quam apud S. Augustinum. In ms. legitur, sicut lapidibus cubum: in annotationibus autem S. Augustini, sicut lapidibus cibum. Sic unusquisque veterum scriptorum posuit quod intelligebat, non quod inveniebat. Cubum itaque restitimus juxta id quod in LXX legitur ὄστρον λίθων ὀλέων: hoc est, sicut lapide cubum. Mart.

3. Minus bene erat penes Martian. duobus verbis et ibant. Nos cum Augustino fecimus, et Gr. ἠδελόσσαν. quibuscumque etiam eis deinde rescripsimus, pro ad eas.

4. Penes Augustinum habitaculum desertum, et habitacula, etc.

5. Vitiosa Martian. in aream, contra Græcum textum et ἄενα, atque ipsum Augustinum.

6. Partim ex Augustino, partim ex Græco textu locum hunc restitimus. Nomen agri, quod utroque, imo et libri omnes retinent, deest. Ceterum Augustinus minori numero præfert, bestia agri concubabit. Præcedentes quoque asteriscos aliquot supplivimus, atque infra unum qui abundaverat expunximus.

7. Erat in recto gloria, pro gloria, quem casum una præferunt Augustinus et Græcus ἄενα.

8. Perperam, ac nullo modo sensu legit Martianeus ex passis penas, pro expansis, etc. juxta Augustinum et Græcum sensum, ad quos textus, et quoque copulam post asteriscum expunximus.

Et adiecit Dominus, et locutus est ad Job: Nunquid qui disputat cum Omnipotente, quiescit; arguens Dominum respondebit illi?

RESPONDENS AUTEM JOB DOMINO DIXIT:

Quid ergo judicor et in crepatus a Domino et audiens talia? cum nihil sim? Quod responsum dabo? Manum ponam ad os meum. Semel locutus sum, iterum non adjiciam.

RESPONDENS AUTEM DOMINUS JOB DE TURBINE, AIT:

Cap. XL. — Nequaquam. Sed accingo tanquam vir lumbos tuos. Interrogabo te, tu vero responde mihi. An abis judicium meum? Aut putas me aliter tibi locutum fuisse, quam ut apparere justus? An brachium contra Dominum tibi es, aut vocibus contra illum tonas? Assume igitur altitudinem et virtutem, gloriam et honorem vestire. Emitte in iracundia Angelos, et omnem injuriosum humiliâ. Videns omnem superbum exstinguit. Contere impios statim, et absconde sub terra simul, faciesque eorum imple ignominia: ita demum confitebor, quia salvare te potest dextera tua. Sed ecce bestia quam feci apud te, femur sicut boves edit. Ecce virtus ejus in lumbis ejus, et potentia ejus: super umbilicum ventris. Et erexit caudam sicut cypressus, et nervi ejus implicati sunt, et costæ ejus costæ aræ, et spina ejus ferrum est fusile. Hoc est initium signamenti Domini, quod fecit. Illudatur ab Angelis ejus. Ascendens autem in montem præruptum, fecit gaudium quadrupedibus in tartaro. Sub omnimodis arbori-

bus dormit, secus junceum et calamum, et caricem; et obumbrantur in eo arbores magne, cum stirpibus, et virgulis torrentis. Si fuerit inundatio, non timebit, securus est, cum illius fuerit Jordanis in os ejus. In oculo suo suscipiet eum. Torto vertice, pertundit nares. Adduces autem dracoem in hamo? Pones capistrum circa nares ejus, et sigillabis circulum in ore ejus, et forcipe pertundes labium ejus? Loquetur autem tibi preces et obsecrationes blande; et ponet testamentum tecum, et accipies eum servam sempiternum; et ludos de eo sicut de avo, aut alligabis eum sicut passerem infantulo? Siginantur in eo nationes, et parfiuntur cum Phœnicum gentes. Et omnes naves si convenient, non portabunt eorum caudæ ejus, et in navibus piscatorum caput ejus. Impones autem et manum recordatus pugne, quæ sit in ejus corpore, et amplius non fiat.

Cap. XLII. — Non vidisti eum, neque in his que dicuntur, miratus es; nec timuisti quod præparatum est mihi. Quis enim est qui mihi resistat, aut quis mihi resistet, et sustinebit? Si omnia quod sub celo est, neum est? Non tacebo propter eum, et sermo virtutum miseretur æqualis sui. Quis denudabit faciem vestitus ejus, aut in duplicatione thoracis ejus, quis intrabit? Portas vultus ejus quis aperiet? Circa dentes ejus est timor, et in præcordiis ejus scuta aræ. Colligatio ejus sicut zirimitis lapis. Unus uni adhaeret, et spiritus non pertransibit ad eum, vir fratri suo agglutinat, continebuntur, et non divellentur. In sternutamentis ejus illucescit lux, et oculi ejus species luciferi. De ore ejus lampades ardentes exibunt!

1. Aliter apud Augustinum: Respondit Dominus, et dixit: Nunquid, etc. tum quiescit, pro quiescet, et Deum, pro Dominum.

2. Malum pro ergo rescribit ego, juxta Græcum textum. Pro judicor legit August. judicor. Obelus autem pro asterisco his verbis in Alexandrini codicis edit præfigitur. Nos finalia puncta, que male verbis, cum nihil sim, postponebantur, hincdem præposuimus juxta Hebræicam veritatem.

3. Finalia puncta, que deerant et quibus unum, ejus, pronomen asterisco illustrari ostenditur, nos utroque in loco adscripsimus.

4. Deerant hi duo posteriores asterisci, et finalia puncta, que juxta Alexand. cod. nuperam editionem sufficimus.

5. Pro sigillabis uno verbo, malum equidem duobus scorsim legi, si ligabis, aut quid simile: unamque adeo particulam si asterisco prænotari. Et vero Græco est ἐ δαίμων. Leviora infra castigantur.

6. LXX, ὄστρον ὀλεων, sicut smyritis. Alii legunt ἀσπριον, sideritis. Crediderim exscriptorem pro smyritis, legisse zirimitis. Mart.

— Videtur rescribendum smyritis juxta Græcum ὀσπριον, quemadmodum et Martianeus conjecterat. Qui subsequuntur asterisci suis locis sunt a nobis constituti.

7. In instanti reclus habet Gr. ἠδελόσσαν, et ἀσπριον, æcum, et ἀσπριον, que obiter notamus, neque enim hæc persequi vacat.



et craticula ignis dispergantur. De naribus ejus exit fumus fornacis ardentis igne carbonum. Anima ejus carbones accendit, et flamma de ore ejus procedit. In collo ejus habitat fortitudo, et ante eum currit perditio. Carnes corpori ejus adherent circumfusae ei, et immobiles. Cor ejus obduruit sicut lapis, et stal sicut incudo infatigabilis. Et cum se converterit, timor est bestis quadrupedibus savionibus super terram. Si occurreret ei lancea, nihil faceret ei hastae elevato, et thoracis. Reputat enim paleas ferrum, et sicut lignum putro as, non vulnerabit eum sagitta aerea. Ducit balistam tanquam fenem, sicut stipulam estimabit malleum. Aquas estimat lapides, funda jactus ut fornum et deridet tremotem hastam. Cubile ejus sudibus ferreis praecutis, et omne aurum maris sub eo est, sicut lutum immensum. Fervescere facit abyssum sicut vas aeneum: estimat mare sicut deletum, et tartarum abyssi sicut captivum. Computavit abyssum quasi in deambulacrum: non est quidquam super terram simile ei, factum ad illudendum ab Angelis meis. Omne altum videt, et ipse rex omnium quae in aquis sunt.

1. Neque hoc addit in Gr. verbum *accendit*, pro quo etiam legi malim *accendit*, ut et procedit pro *procedit*. Qui infra est asteriscus, ex Graeca editione codicis Alexandrini suppletur.

2. Haec, quam uncialis inclusimus, pericope: *Aguas estimat lapides, funda jactus ut fenem*, si quid video, gemina est interpretatio ejus quae praecedit, sententiae, *non vulnerabit eum sagitta aerea: ducit balistam tanquam fenem*, ex varia codicum lectione hujus loci, et verborum aliquot interpolatione derivata. Certo non nisi semel habetur sive in Hebr. sive in ipso Gr. textu, ex versionibus exinde expressis: nec quo alteri hinc laetiae respondeant in originalibus libris invenias. Facile vetus haec est Latina ante Hieronymum interpretatio, quae ad libri oram private eruditionis gratia primum ab studioso alicui apposta, postea ab imperito antiquario contextui temere subjuncta est atque assuta. Nos id modo licite duximus, ut ipsa assumpti ejus verba uncialis concluderemus.

3. In Gr. est *ὄσπερ ἐλάκτρον*, quod Latina reddas, sicut *alabastrum*, seu *vas unguentarium*: sic enim interpretantur lexicographi veteres, et cum primis Pollux haud semel. Τὸ δὲ ἄγγρον, ἢ τὸ μύρον ἐγγύ, γάλην προσεσκότος, ἐλάκτρον ἐκάλειτο. *vas autem, cui unguentum inerat, phiala non alsimile, exaleptron dicebatur.* Concinnat et Graeci Script.

Cap. XLIII. — Respondens autem Job Domino, dixit: Scio quia omnia potes, et impossibile tibi est nihil. Quis est enim qui abscondat a te consilium, parens verbis tu potest celare? Quis vero nuntiavit mihi quae nesciebam, magna et mirifica quae non nocera? Audi me, Domine, ut et ego loquar; interrogabo te, tu vero doce me. Auditum quidem auris audiveram tu prius: nunc autem oculus meus videt te. Ideo desepi memetipsum et distabi, et aestimavi terram et cinerem. Factum est autem postquam Dominus locutus est omnia verba haec ad Job.

DIXIT DOMINUS AD ELIPHAZ THEMANITEN:

Peccasti tu et duo amici tui. Non enim locuti estis coram me verum quidquam sicut servus meus Job. Et nunc sumite vobis septem vitulos et septem arietes, et ite ad servum meum Job, et faciet hostias pro vobis. Job famulus meus orabit pro vobis, quia nisi facies ejus mihi esset accepta, et nisi propter eum, perdidisset vos. Non enim locuti estis: ad me vero verum adversus famulum meum Job.

interp. antiqui, et praesertim Aquila, qui *καρπελάτρον*, transtulit, quod est *vas unguentarium*, et ipsomet Hieron. in sua ex Hebraico versione, ubi *quasi olam* verit. Quod igitur hic redditur *deletum*, non alia de causa est, quam quod ab ἐλάκτρον verbo, quod sonat *delere*, ἐλάκτρον lectum est perquam similis vocis et scripturae, pro ἐλάκτρον, sive illud Graeci amanuensis vitium fuerit in proposito exemplari, sive propterantis oculo interpretis in legendo lapsus.

4. Voces magna et, obelo confodimus, cum tantum in Hebr. sit *מַגְדָּל*, id est, *mirabilis*. Facem nobis prestulit laudata septies nupera cod. Alexandrini editio.

5. Intersit hic, sive repetit Gr. textus *ἐλακτρον*, id est, *me*, rectius. Quod subsequitur integrum comma, *factum est autem postquam*, etc. cum in suo ms. exemplari desideraretur, sufficit Maritan. ex Graeco.

6. Verba sequentia ad nomen *Job* usque ommissa sunt incuria librarii in ms. Latino nostro. Mart.

7. Crassiora haec puncta, quae solum vobis proponunt asterisco illustrari docent, ac docent pones Maritan. nos adscriptissimus.

8. In Graeco proprio est *quidquam boni oblii* *ἐλακτρον*.

Et abiit Eliphaz Themanites, et Baldad Sauchites, et Sophar Mimaus; et fecerunt sicut praecipit illis Dominus. Et solvit peccatum eorum propter Job. Dominus vero auxilii conversationem Job. Et cum orasset etiam pro amicis, remisit illis peccatum. Et dedit Dominus duplicia omnia quae habuerat prius Job. Audierunt autem omnes fratres ejus et sorores omnia quae acciderant ei, et venerunt ad eum, et omnes qui eum noverant a principio. Et cum bibissent, et comedissent apud eum panem in domo ejus, consolati sunt eum, et mirati sunt in omnibus malis, quae induxerat Dominus super eum. Et dedit ei unusquisque agnam unam; et vir in auream auream unam. Dominus autem benedixit novissima Job, magis quam priora. Et erant pecora ejus oves quatuordecim millia,

camelis sex millia, juga boum mille, asinae pascuales mille. Et nati sunt illi filii septem, et filiae tres. Et vocavit primam quidem dien, secundam vero Cassiam, tertiam autem Cornu Amalthaeae. Et non sunt inventae mulieres a filiabus Job sub caelo. Et dedit eis pater hereditatem inter fratres. Vixit autem Job post plagam centum quadraginta annis. Et omnes anni vitae ejus fuerunt ducenti quadraginta octo. Et vidit Job filios suos, et filios filiarum suorum quarta generatione. Et defunctus est Job senex plenus dierum. Scriptum est autem resurrecturum eum cum his, quos Dominus suscitavit.

14. Hic interpretatur de Syriaco libro, in terra quidem habitasse Anstido, in finibus Idumaeae et Arabiae, et erat ei antea nomen Jobab. Et ac-

1. Refolent ista versionem ex Hebr. non ex Graeco, ubi aliter est, *manuantes et bibentes apud eum, consolati sunt*, etc. *καρπελάτρον* ἢ καὶ καὶ οὐκ ἐλακτρον, καρπελάτρον ἀδύνατον.

2. Longius iterum abulid hic locus a Graeco textu, in quo est, *καὶ τρεῖς ἀρχαῖοι ἄγγρον ἄγγρον*, et *tetradrachmum auri non signatum*: ex Hebr. autem sic verit s. pater, et unusquisque in aurem auream unam.

3. Septuaginta, centum septuaginta annis. Omnes autem annos vicit ducentos quadraginta. Ms. tamen Alexandrinus concordat cum editione nostra in ultimo commate, *omnes autem annos*, etc. quia habet, *ducentos quadraginta octo*. Ceterum notari debuit obelus ad istam annorum Job summam; non enim legitur ille versiculus in voluminibus Hebraeorum. Mart.

4. Haec annorum Jobi summa neque in Hebraico, neque apud reliquos interpre. exstat, ut Colbertini codicis atque alterius regii hexaplaris apud Mont-fauconium nota testatur: οὐ κείται ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, οὐδὲ παρὰ τοῖς λαοῖς. Nos itaque illam obelo confodimus.

5. Ille desinit Hebr. archotypum, et qui ex illo transtulerunt interpretes Graeci. Quae subsequuntur, obelo singulis quibusque versibus prenotata apud LXX et Theodotionem, ex Syriaco desumpta habent. Placet vero, quandoquidem et per inane paginae spatium licet, veteris Vulgatae edit. ex Graeco hic interpretationem hujus assumpti apponere: *Scriptum est autem quoniam hic resurget cum eis, qui a Domino suscitandi sunt.* Quae sequuntur, ex Syriaca educta sunt: *Job vero habitabat in terra Us, inter terminos Edom et Arabiae, et antea vocabatur Jobab. Hic duxit uxorem alimigenam (Arabem), ipsique natus est filius, dictus Emon. Job vero erat filius Zaza, filii filiarum Esau, et*

*Bozra: et ipse erat quintus ab Abrahamo (Arabs, scotus). Et hi reges, qui regnarunt in Edom, ubi Job regnavit. Primus Balac filius Boor. Et nomen urbis istius viri Dennaba. Et post hunc, Jobab iste qui vocatur Job: et post Job, Asomi, qui erat princeps in terra Thoman. Et post eum, Adad, filius Barac: hic est qui occidit, et fugavit Madian in planitie Moab: et nomen urbis ejus Gethem. Et ex amicis Job, qui eum conenerunt, erat Eliphaz de filiis Esau, et rex Theman. Baldad rex Sauchiorum, et Sophar rex Mimaorum.*

6. Memerit lector verborum Origenis, quibus in fronte hujus libri dicebatur integram istam partem obelis notatam abesse in Hebraeorum voluminibus, quamvis eam retineant Septuaginta interpretes cum Theodotone. Porro additamentum hoc antiquissimum esse consentiunt eruditi omnes: quia mentionem ejus faciunt, Aristaeus, Philo, et Polyhistor, teste Spanhemio in hist. Job. c. 4. Quatuor vero fuerit auctoritatis apud Graecos, scire poteris ex proemio catenu Graec. p. p. in Job. De eodem additamento haec habet S. Hieronymus libro questionum Hebraicarum: *Male, inquit, quidam astimant Job de genere esse Esau: siquidem illum quod in fine libri ipsius habetur, eo quod de sermone Syro translatus est: et quatuor sit ab Esau, et reliqua, quae sibi continentur, in Hebrais voluminibus non habentur.* Hieronymus adjugetur Polychoronius qui additamenti fidem quoque elevavit his verbis: *Genealogiam, quae in fine est, quidam rejiciunt, quia in Hebraeo non reperitur. . . . Nominis similitudinem in genealogia Esau, quae in libro Geneseos existit, ubi Jobab mentio fit, ansam erroris et hujusmodi scholae quibusdam praebuisse: tractaque temporis postea, quae margini adscripta erant, in libri contextum ad alius assumpta esse, asserunt.* Mart.

cepit uxorem Arabissam. Genaitque filium, cui nomen erat Ennon. Erat autem ipse filius quidem Zare, et Esau filius filius, de matre vero Bosram, ita ut sit quintus ab Abraham. Et hi sunt reges qui regnaverunt in Edom, in qua et ipse regnavit regione. Prius Balaac filius Boor, et nomen civitatis ejus Dennaba. Post Balaac autem

Jobab, qui vocatur Job. Post hunc Casum, qui erat dux ex Themanorum regione. Post haec Adad filius Darad, qui exiit Madian in campo Moab: et nomen civitatis ejus Gethem. Qui autem venerunt ad eum amici<sup>1</sup> Eliphaz ex filio Esau Themanorum rex, Baldad Sauchiorum tyrannus, Sophar Minæorum rex. :

1. Additur præterea in Alexandrino codice isthaec non spernenda lacinia, quam Latine saltem præstat describere: *Themam filium Eliphaz, præfectum Idumææ. Illic interpretatur ex Syriaco libro. In terra quidem Ausitide (Job) habitabat ad fines Euphratis.*

*Om̄n̄ fuit nomen ejus Jobab. Erat autem pater ejus Zareth, ex ortu solis. Cæterum cum de isto, tum de superiore additamento. Græcorum codicum veterisque Vulgata Latina, confrendus ipse est s. interpres in quest. Hebraicis in Genesisim.*

EXPLICIT LIBER JOB SECUNDUM SEPTUAGINTA.

## ADMONITIO IN OPUS SUBSEQUENS.

Psalmorum volumen juxta Septuaginta Interpretes, semel atque iterum emendatum ab Hieronymo, ante annos circiter decem, J. Cari presbyteri studio ac labore, Romæ primum editum est: additis obelis et asteriscis in eo psalterio, quod Gallicanum vocant veteres ac recentiores scriptores. Hujus eruditi Cari diligentiam in edendo duplici Hieronymi psalterio, ut imitaremur; nonnihilque castigatus et auctius apud nos prodiret, quam plures antiquissimos codices mss. perquisivimus ad supplenda ea, quæ tum in textu, tum in signis obelorum et asteriscorum deesse videbantur. Subsidium ergo ministrante haud mediocri copia veterum codicum, Cari votis fecimus satis; qui eodem mss. librorum destitutus auxilio fatetur inchoatum a se opus, altis perficiendum tradidisse. Horum, inquit, psalmorum tituli ex mss. codicibus et Cassiodoro, quantum quidem licuit, sed non quantum oportebat ac optabamus (cum id rei plures oculatioresque viros, ac ipsos manuscriptorum codices ad manus haberi exigeret), sunt excerpti. Quam ampliore diligentiam desiderari in obelorum, asteriscorum ac diapsalmatum additione, versuumque distinctione in utraque editione, ingenue fatemur. Specimen certe dedimus, ut quod in votis erat, aperta simul via cura laboreque absolutiore alii accuratius præstarent. Sincero itaque pectori quidquid peccavit in hac editione psalterii facile condonantes, in id unum intenti erimus, ut psalterium Hieronymianum, quod partim editum, partim ineditum supra dicebamus, emendatissimum omnibusque numeris suis absolutum prodeat nunc ad publicam Ecclesiæ ac studiosorum utilitatem. Porro duplicis psalmorum juxta LXX emendationis a se susceptæ meminit s. doctor præfatione jamjam subsequutura: libro etiam secunda apologia adversus Rufinum, psalterium curis suis castigatum, Romæ olim susceptum testatur his verbis: *Psalterium quoque, quod certe emendatissimum juxta Septuaginta interpretes nostro labore dudum Romæ suscepit, rursum juxta Hebraicum vertens, etc. Cujus vero emendationis hic recordetur; an ejus quam Romæ positus priorum subministravit; an posterioris in Bethlehæmitico recessu editæ cum obelis et asteriscis, via nobis conperit esse potest. Certe de prima illa emendatione quam cursim Romæ elaboratam dicit infra, hæc intelligenda minime veniunt; quamquam id asserant scriptores non pauci: nam qui fieri potuit ut Ecclesiæ Romana emendatissimum susciperet ab Hieronymo psalterium, quod ille cursim et magna tantum ex parte correxerat? Verisimilimum igitur apparet utramque Hieronymianam editionem, tam priorem quam posteriorem, in urbe Romana fuisse susceptam; ac Hieronymum indistinctim ambas emendationes comprehendere, cum psalterium suum juxta LXX emendatissimum Rufino objiciebat. Opinioni nostræ impense favent Valafridi paulo post citati dicta, quibus certè sumus Gallos a Romanis mutatos esse posteriorem etiam emendationem psalterii. Cæterum prior editio Romani psalterii nomen obtinuit, quod ea uteretur antiquitas Ecclesiæ Romana; hodieque usus perseveret in Ecclesiæ Vaticana. Gallicanum autem psalterium appellata est editio posterior et accuratissima, eo quod primi inter omnes ad usus ecclesiasticos eandem adhibuerint Galli nostrates. Mominerit proinde lector in nostra hac editione psalterii duplicis, Romani et Gallicani, prius a nobis notatum esse in capite columnarum littera R, posterius autem littera G, his enim litteris præmissis, nulla deinceps versionum confusio subrepre poterit<sup>1</sup>.*

1. Distinctio versionum apud nos obtinebitur distinctione characterum. Romani designabunt codicem Romanum: Italici vero codicem Gallicanum.